



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

422. De eo qui Presbyterum inhonorat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De Presbytero qui fuerit degradatus. *Ex Concilio Toletano XII. cap. vi.*

CCCCX X. Si quis Presbyter ab Episco-  
po suo fuerit degradatus , aut ab officio pro  
certis criminibus suspensus , & ipse per con-  
temptum & superbiam aliquid de ministerio  
sibi interdicto agere præsumperit , & postea  
ab Episcopo suo correptus in cœpta præsump-  
tione perduraverit , hic omnimodis excom-  
municetur & ab Ecclesia expellatur. Et qui-  
cunque cum eo communicaverit scienter , si-  
militer se sciat esse excommunicatum. Simili-  
ter de Clericis , laicis , vel feminis excommu-  
nicatis observandum est. Quòd si aliquis ista  
omnia contempserit , & Episcopus emendare  
minimè potuerit , Regis judicio exilio dam-  
netur.

Ut nullus hospitium deneget iteranti. *Ex Concilio ad palatium Vernis.*

CCCCXXI. Placuit nobis & nostris fi-  
delibus ut Presbyteri suos parœchianos ad-  
moneant ut & ipsi hospitales , ut nulli iter fa-  
cienti mansionem denegent , & ut omnis occa-  
sio rapinæ tollatur , nihil carius vendant tran-  
seuntibus nisi quanto in mercato vendere pos-  
sunt. Quòd si carius vendere voluerint , ad  
Presbyterum transeuntes hoc referant , & il-  
lius jussu cum humanitate eis vendant.

De eo qui Presbyterum inhonorat.  
*Vnde supra.*

CCCCXXII. Si quis Presbyterum pro-  
A a

Concil. Vern.  
sub Pipp. c. 9.  
Lib. 5. Capi-  
tular. c. 42.  
Burchard. lib.  
2. c. 179.

Burchard. lib.  
2. c. 219.

370 R E G I N O N I S L I B . II .  
prius in honorat , aut verbo aut facto contumeliam facit , tamdiu à liminibus Ecclesiae arceatur quousque per condignam pœnitentiam satisfaciat. Ait enim Apostolus : *Presbyteri qui præsunt , duplice honore digni habeantur.* Item alibi dicit : *Obedite præpositis vestris , & subiecti eis estote.* & cetera.

1. Tim. 5.

Hebr. 13.

Si quis contradicit Episcopo ne servi propter  
crimina virginis cædantur. *Ex Concilio  
ad sanctum Medardum.*

Concil. Suec-  
tion. 2. Act.  
8. c. 9.

C C C C X X I I I . Ut Missi nostri omnibus per singulas parœchias denuntient quia si Episcopus aut ministri Episcoporum pro crimibus colonos flagellaverint cum virgis, propter metum aliorum , ut ipsi criminosi corrigantur , cum tali discretione , sine ulla occasione indebita , sicut in synodo collocutum est, ut vel inviti pœnitentiam agant , ne æternali- ter pereant. Si seniores ipsorum colonorum indignè tulerint , & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eosdem colonos, ne distringantur , contendere præsumperint, sciant quia & bannum nostrum componant, & simul cum excommunicatione ecclesiastica nostram harmiscaram durissimam sustinebunt.

De advenis. *Ex Concilio Karoli & Lothari  
ad Valentianas , cap. x.*

Capitula Ka-  
roli Calvi tit.  
12. c. 9.

C C C C X X I V . De advenis qui oppres-  
sione Nortmannorum vel Britannorum in  
partes istorum regnum configerunt, statuerunt seniores nostri ut à nullo reipublicæ mi-